



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Duo exempla eiusdem materiæ, leonis alterum ab equo occisi, alterum hominis ex vrsi vnguibus liberati. Colloq. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

citat, arma suppeditat, quemadmo-
dum à Deo Creatore ei fuit commē-
datum?

*Duo exempla eiusdem materia, leonis
alterum ab equo occisi, alterum ho-
minis ex vrſi vnguibz liberati.*

COLLOQUIVM XII.

THEOL. **N**VNC vt ea, quæ super timore
mortis quem natura nobis
inſeuit, diſputata hæctenus
ſunt, exemplis noſtra ætate geſtiſa-
ſtruamus, libet mihi hoc loco ad-
modum duarum recētium hiftoria-
rum narratione colloquium hoc no-
ſtrum velut condire. Altera de be-
ſtijs duabus eſt; Altera de homine &
beſtia; vtraque autem veriſſima, ſi-
cut à verace & locuplete amicorum
meorum non nemine, qui locis vbi
ambæ contigerunt, ac tantum non
iſtis rebus interfuit, meminī fuiſſe
cum narrarentur. Primum itaque ſi-
cut dixi de leone & equa exemplum
annis abhinc credo octo & viginti,
in celebri Hiſpaniarū vrbe Sarago-
za ge-

za gestum sic se habet. Equā annis iā
 confectam & inutilem propter præ-
 claram operam quam olim in bellis
 nauarat domino suo, ceu emeritam
 minimè parcè foeno & auena pasce-
 bat Magister: ad hunc cum aliquādo
 leones ex Africa deducerentur, ab
 amicis nonnullis nobilibus rogatus
 fuit, vt nobilium cætui munus da-
 ret, dictamque equam cum leonum
 suorum aliquo in theatrum dedu-
 ctam committeret, quo ab omnibus
 prouerbio illo peruagato, quod e-
 quum generosum nunquam aiebat
 torpescere, aut fides præstaretur, aut
 certè deinceps manifesto exemplo
 derogaretur: allegabāt etiam factis
 suis præclaris eam promereri aut
 semper eo vt modo aleretur, aut si
 mortē oppetere debeat, à nobili po-
 tius isto aduersario occideretur. Ma-
 lè res ea dominū habuit, maluiffet-
 que aliud quippiā à se fuisse postu-
 latū, quippè qui nō pretio quod ni-
 hili ille faciebat, sed cōmiseratione
 quadā naturali mouebatur, q̄ illius
 senectutē morti exponere cogeba-
 tur, cuius iuuentutē adeò fidelē stre-
 nuam

*Bonus e-
 quus nū-
 quam si-
 bi dissi-
 milis.*

nuamque in non paucis periculis fuerat expertus. Verum dedecere feratus plus bruto dolori quam amicorum precibus indulgere, petentibus annuit. Et ecce præfixa die, in frequentissima nobilium turba & plurimorum ciuium concursu qui pergulas fenestrasque commodius ut spectare possent occupauerant, in amplam admodum & spatiosam aream lapidibus quadratis extructa in primis equam adducunt; inuenis- ses reuera neminem qui non commiseratione animalis motus vel momentum vitæ ei sponderet, vel non certam ei mortem sola leonis præsentia illatam iri autumaret: Intromittitur ergo Leo; cum ista mox Regem suum & hostem ante non visum conspicata, instinctu quodam naturali certam vitæ suæ finem adesse intellexit, verum nihilominus cognoscens curam sui gerendam esse, timorem eiecit, nec nisi laudata, & insigni morte obire se velle constituit: cedit ergo non nihil & in angulum ab vtraque parte muris clausa se recipit, leuiter aerem anterioro-

terioribus pedibus verberans: Ad-
 est sensim Leo & regio planè more,
 graui & lento gradu ad eam accedit,
 terram cauda bis terue pulsatur, nihil
 admodum minas ac ronchos vasalli
 sui pertimescens: iam Magister in a-
 gonia equam suam constitutam in-
 tuens conclamaturus erat, cum re-
 uera voce elata iumentum compel-
 lat & ad certamen confirmat, neue
 animum toties in concursibus bel-
 licis spectatum abijciat hortatur.
 Excepit vocem deplorata bestia, &
 ante oculos obuersantem sibi mor-
 tem sentiens, animum attollit, nouū
 stratagemam, imò nouam lectionem
 à Magistro timore extemplò discit,
 pectusque contrahens valido soleæ
 ferreæ ictu leonem ita salutatur, ut
 mox impacta in frontem calce, at-
 tonitus confestim angulum peteret,
 & hosti tam potenti spatium dor-
 miendi concederet. Mirantur ver-
 ber inopinatum quotquot ad id spe-
 ctaculum confluxerāt, clamant, vo-
 ciferantur, nec cuius vicem doleāt,
 aut cui gratulentur adhuc dispiciūt:
 cum ecce tibi Leo, vbi paulisper
 ceu

ceu mortuus requieuisset, excitatur, eam
 ingentiq̄ue rugitu vicinas quaquae
 uersum domos & plateas complet, iue
 astat equa, sudat, ronchos trahit, & de a
 iam veluti penitencia ducitur, quod lea
 tam potentem hostem aggredi & in cher
 suam vt metuebat perniciem lacel- eum
 sere ausa fuisset. Hæc inter faucibus TH
 erigitur, ac illa aliquoties feriens, mor
 quo immanem eius & extremam i- qua
 ram agnosceres, in inimicum pro- etia
 uolat, eiq̄ impendens dextrum ar- ca r
 mum auellit, iamq̄; ita mutilum cõ- equ
 ficit: verum non absque sua etiam ra in
 ruina factum id ei stetit, sequentem mag
 enim noctem cum tonitru vocis suæ gno
 tota ciuitate resonantis exegisset, tum
 postridie expirauisse inuentus est. non
 Habes hic reuera vbi liquido videas pot
 quam nõ segniter aut abiectè timor mo
 vitæ amittendæ exanguem iam de- mil
 bilemque senectutem armet, quo- hic
 modo exhausto contra generosum Sib
 ac strenuum inimicum vires suffi- rius
 ciat, quomodo denique strenua ista ven
 bestia nunquam sui dissimilis ad ex- ter
 tremum vsque conflictum, mortem bat
 laudabilem aduersario intulerit, & die
 ean-

eandem nō sine illustri victoria ob-
 iuerit. PHIL. Verūm quid tu mihi
 de asino illo mansuefacto ais, qui A-
 lexandro apud Babylonios agente,
 leonum omnium fortissimū & pul-
 cherrimum, ita adortus est, simul vt
 eum calce percutiens extingueret?
 THEOL. Aio Asinum quem tu me-
 moras, absque timore fuisset, nun-
 quam tam fortem se ostendere, neq;
 etiam morte tam nobili & honorifi-
 ca tolli potuisse, quemadmodū hęc
 equa quā tibi descripsi. Ac fuit reue-
 ra insolens ille ictus & prodigiosus
 magni illius leonis Alexandri pro-
 gnosticon; cui toxicū illud propina-
 tum fuit, q̄ propter summum frigus
 non alio vase quā calce asinina capi
 poterat & conseruari. Tempus nunc
 monet vt de altero quoq; exemplo
 mihi dicendū esse videatur. Decimus
 hic admodū annus est, cū in Ducatu
 Sibaudix opifex Nicodemus Vale-
 rius S. Albano oppidulo oriundus,
 venatui cū permissu Principis prop-
 ter egregiam dexteritatē incumbe-
 bat. Hic cum nonnullis sui ordinis
 die quodam egrediens, se lo peto in-
 stru-

*Plut. in
 Alex.*

structus rupem vicinam conscendit,
 vbi quod vrsus enixum esse sciebat
 cumque experientia sua & baculo
 igniuomo fretus cum catulis se con-
 sequi posse arbitrabatur, quodque
 locus præcipitio inaccessibilis esse
 videretur, solus ipse relictis socijs
 ad infimum montis penetrare des-
 cendit, velut avis prædam suam per-
 sequens, ita quoque ipse spectatores
 suos in sublimi habiturus. Pergit
 ergo, nec sine magna difficultate;
 cum ecce iam ad partem rupis in-
 feriores loca paulò faciliora inue-
 nit; specumque media ex parte va-
 cuam & natura non arte cæsam, in-
 greditur: imminebat illa cauerna
 vrsorum, ita vt non difficulter ex-
 os & ingressum antri posset conspi-
 eari: Aduertens ergo abesse non posse,
 quin mater simul ac aduentum
 suum persensura foret, confestim sibi
 obuiam exiret, clauam manibus
 præhendens salutaturus illam ex-
 ctat. cū ecce adest illa ira fremens at-
 hic repente longurium suum capiens
 recta bestia intravtrumque oculum
 percussurus collimat, iamque pro-
 pium

pius accedēte hoste, dū feliciter rem
 casuram arbitratur, rotam laxat,
 fallitur, aberrat, & iam pauere occi-
 pit: quare necessitatem in virtutem
 commutans, continuò bombardam
 velut in statione retinet, certus ani-
 mal aut ferire, aut saltem habitu il-
 lud suo terrere. Verūm visus sclopo
 iā eluso, bombardā ei ē manibus ex-
 cutit, & confestim impetū factō
 brachium ei dexterum inuadit: harū
 rerum interim nec socij spectatores
 esse poterant, propter loci concaui-
 tatem, nec ipse eos ad suppetias fe-
 rendas inclamare. Quid tum gene-
 rosus iste ac strenuus sagittarius ca-
 pit repentē in ipsa acie consilium, &
 metu mortis imminentis mirificē
 impellēte, bestiam non aliter quam
 iumentum conscendit, sicq; in hor-
 ridum illud dorsum enitens, quantū
 potest dextera pilos apprehendit, &
 instar canis venatici dentes in collū
 belluæ adigens, animosē eam morfi-
 cat atque peruellit: animal à nouo
 hoc equite grauari se & deuorari et-
 iam pungiq; indignans, timore au-
 cto furore exæstuat, & cū teneri se

D arbi-

arbitraretur, captiuo eluctari stude
 & rabidæ in morem feræ concita
 tiffimo saltu de rupe in rupem sub
 sultat: ergo quanto importunius in
 domitus ille vector per saxa rui
 tanto ille fortius manu pi'os stru
 git, & dentes effreni infringit, ne
 vt cursum illi adderet, sed quof
 mius dorso inhæreret; cum præse
 tim lymphata ista bestia instar soll
 culi inflati passim per inaccessa b
 charetur, eques autem ille nihil p
 tius quam lapsum pertimescent
 Huius itaque comedix spectatores
 qui venatorem suum ex cauerna
 per hoc nigro animali viderant p
 uolantem clamare tantum & val
 diffimè vociferari: tū postquam eu
 oculis amplius consequi non po
 sent, alter alterius sententiam de
 solenti hoc & mirabili vicini iufo
 tunio explorare, planeq; statuer
 Magum eū videri, neq; vrsō sed Di
 bolo vehi augurari: cū interea ven
 tor & præda per rupes ac nemo
 nunquam quiescentes vagari, amb
 salutem suā deplorare, hæc ob om
 suum examinari, isti ob ascēsū per
 cliti

cli
 rap
 mi
 sus
 sce
 vno
 tur
 pos
 par
 tur
 bin
 del
 ma
 der
 qui
 fici
 rep
 lat
 con
 tē,
 cen
 sun
 cin
 uer
 cū
 mo
 ner
 cu

clitari. Et ferebatur illa nihilominus rapidissimo saltu collū dorsūq; dormitore suo tenēte, cui & vires ad sustentādū deficiebāt, & modus descendendi non succurrebat, cum ab vno latere sinistra pro freno vteretur, & alia ratione sibi opitulārī nō posset; metuens ne si defluxisset, in partes à iumēto tractus discerpere-
 tur. Capite ergo nonnihil eleuato vbinā terrarū feratur, in quēue locū delat⁹ sit explorare gestit, cū ecce ad marginē noui præcipitij rapi se videt, ad quod magno impetu bestia equitē suum, cui iam sinistra agrē sufficiebat, agebatur. Hoc ergo consilio repētē capto, & nouo timore stimu-
 latus, & horrēdum ob oculos suum conspicans cæmiteriū, sensim ac lētē, nec vt ante cum impetu quādo ascendebat, in terrā defluit. Hic tu vrsū nouo horrore percitū, iāq; sarcina sua liberatū, nouū iter & transuersum arripere videas, ingentiq; cū furore & fremitu per syluas nemoraq; cursitare. Miser ergo ex vulnere saucius mirificeq; sibi periculum euitatum à Deo iuxta auxiliū

sibi præstitum gratulans viam ad
 primam rupem capit, catulisq; pro-
 fugæ repertis qui in exiguo illo lo-
 culo quo diximus lusitabant, & ma-
 trem suam expectabant, in prædam
 omnes aufert & socijs donat, cum
 quibus attonitus iuxta ac hilaris in
 pagum rediens, spoliū & liuorem
 reportat.

*Timor ille mortis qui à natura est, ma-
 gnanimi- tati non repugnat.*

*Sola formido mortis voluntaria, si vi-
 tioni contraria sit, vitiosa est & in-
 ertia notam secum trahit.*

COLLOQVIUM XIII.

THEOL.

CONSTAT ergo nunc opinio
 natura timorem istum vt cu
 stodem vitæ animantibus ad
 iunctum esse voluisse, quo omnibu
 quibus à natura modis instructe su
 illud operam dent, vt mortem eu
 tent, & sese ipsas conseruent: vno
 & illud sequitur nulli eum vitio
 virtuti affinē esse, nihilq; in se con
 tinere propter quod vel magnope
 laudari vel mediocriter possit vit
 per